



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum  
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ  
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De  
Contractibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDCCXXXIII.**

**VD18 90392159**

Q. 6. Quid est Fidei-commissum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40993**

6. Quamvis testamentum ad causam non piam defectu solemnitatis esset invalidum in utroque foro; tamen legata pia in eo contenta valida sunt, & ea statim solvere tenetur hæres ab intestato, si constet quoad illa de voluntate defuncti, ex cap. 11. *de testam.* tum quia ipsa pia legata sunt remedia vulgo ad testatoris salutem necessaria, & semper utilia, imò saepe restitutions ex justitia debitæ, & à Confessario præscriptæ. Tum quia juxta leges Cæsareas legata etiam profana relicta sine solemnitate requisitâ solvi debent, si constet de voluntate defuncti, ex *Instit. de fidei commiss.* & ex cap. 4. *de Testam.* In Gallia verò jure consuetudinario secundum communem Doctorum Gallorum sententiam hæres tenetur in conscientia solvere legata ad pias causas, quamvis in iis, vel in testamento præscriptæ solemnitates omissæ fuerint: secùs, si sint ad causas profanas. Hinc quando hæredi constat voluntatem testatoris esse, ut aliquid in causam piam distribuatur, licet id in foro externo probari nequeat, tenetur in conscientia solvere. Tunc enim probatione opus non est, dum de veritate constat.

Q. 6. *Quid est Fideicommissum?*

Resp. Est ultimæ voluntatis dispositio, qua testator Fidei hæredis committit aliquid alteri tradendum. Duplex est aiud universale, in quo tota hæreditas committitur danda alteri.

Sed

Sed Jus Cæsareum concedit Fidei-commissario quartam partem hæreditatis, quæ Trebellianica dicitur à Jure-consulto Trebelliano, ne inutiliter hæreditatem adierit.

Aliud particulare, in quo tantum pars hæreditatis committitur danda alteri.

**Q. 7.** *An valet in foro conscientie Fidei-commis-  
sum in favorem ejus, qui per leges non potest  
hæres, vel legatarius institui?*

**Resp. I.** Testator peccat mortaliter ita disponendo, & etiam is, qui talis dispositionis executionem promittit: quia violat legem justam, quæ id graviter prohibet. Hinc S. Hieron. Epist. ad Nepotian. ait. *Per Fidei-commissa legibus illudimus.*

**Resp. II.** Is qui per fidei commissum etiam occultum, hæreditatem, aut legatum accepit tradendum personæ, quæ per leges excluditur ab hæreditate, vel legato, seu dono, putè filio spurio, vel uxori defuncti, ita ut non accepte-rit nisi sub hac conditione sibi significatâ; non potest licetè tale fidei-commissum exequi, sed tenetur accepta restituere legitimis hæredibus ab intestato. Quia i. alioqui ageret contra intentionem, & finem legis, & ipsam legem prohibentem ne hæreditas, vel legatum & do-num talibus personis tradatur simpliciter, id- eoque sive directè sive indirectè. Nam cer-tum est, quod is committit in legem, qui legis verba com-